



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

35 Herus ancillam ante 25. annum non collocans, sicut pater filiam, est in mora.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

fecit, & ob id infamata manet, votum potius im- lere, quam illam ducere tenetur; cum talis prius Deo, quam puellae obligatus fuit; c. Prior. de reg. iur. in 6. & sponsalia secuta etiam cum copula, votum precedens religionis non tollit. Arg. c. commissum. de sponsal. Rursus, qui cler. vel vouent. In quo casu satis erit, quod prius damnum puellae illatum restituat, dando ei tantum, quanto indiget, vt aequè bene collocetur, ac collocata fuisse, si infamata non fuisset, c. 1. & 2. de adulter.

DECISIO XXVI.

Ex conf. 5. alias 6.

26 **F**ilij, qui ex concubina, qua matrimonium cum alio viro contraxit, qui ab ea diu absuit, & incertum erat an viueret, nascuntur, viuentis prioris mariti concubinae, illegitimi sunt, nec per subsequens matrimonium cum praefata concubina post mortem prioris sui mariti solemniter contractum, legitimi efficiuntur. Alij tamen, qui probarent se natos ex eadem concubina post mortem prioris mariti, per tale matrimonium subsequens solemniter inter eos contractum legitimi censendi sunt, cap. tanta. qui filij sint legitimi.

DECISIO XXVII.

Ex conf. 23. alias 15. de conuers. coniug.

27 **C**ontrahentes sponsalia de futuro & se inuicem maritali, & vxorio affectu ante Concilium Tridentinum cognoscentes: si illa postea nup sit alteri publice, (cum sic alteri nubendo adulterata sit, & in adulterio maneat, cap. Agathola. 27. q. 2.) ipse etiam sine solutione Matrimonij quoad vinculum, sed quoad thorum, & cohabitationem separare potest, & sic separatus etiam sine vlla Papae auctoritate permanere, & vel religionem profiteri, vel ordines sacros sine metu irregularitatis, aut suspensionis suscipere & tunc ordinibus suis absque aliqua Papae dispensatione vti valet, & suae conscientiae satisfacere, eam, vt caste viuat, admonendo.

DECISIO XXVIII.

Ex conf. 24. alias 1. de Matrimon. contr. contra interd. eccles.

28 **S**i quis iuuenis nobilis, quasi fascinatus, invito eius patre cum femina vilissima, non sine maximo eius familiae dedecore, matrimonium contrahere omnino vellet, in se & a patre eius impetrati, & a summo Pontifice motus propitijs concedi potest, per quem prohibeat sub Censuris, & penis grauissimis parochio praedictarum personarum, qui nunc est, & qui mutatis domicilijs foret, & etiam ordinario eorundem, ne huiusmodi nuptijs intererent, nec alijs presbyteris facultatem in eis interuenientibus facerent intra annum ab hoc: Arg. cap. si de clandest. de spons. & cle. 1. de consang. vt infra tale tempus videatur, si mediantibus orationibus ab huiusmodi fascinatione liberari possit, ita vt in se reuerus iuuenis, quod sibi, & suae familiae conuenit, faciat.

DECISIO XXIX.

Ex conf. 25. alias 2. de eo qui cogn. consang. vxor.

29 **Q**ui rem habuit cum matre, & postea sponsalia cum filia contraxit, cum qua etiam rem habuit, & postea etiam rem cum matre habuit, si tacite, vel expresse dispensationem procurare promisit, seu cum proposito, & intentione obtinendi, & procurandi dispensationem contraxit, in foro conscientiae pro viribus dispensatione quaerere tenetur, vt valide cum filia contrahere possit, & post eam obtentam solempiter cum eadem contrahere; sin vero sponsalia simpliciter contraxit, nulla facta mentione expresse, aut tacite de dispensatione, cum hoc casu sponsalia videantur omnino nulla, & proinde ad nihil obligantia; Arg. Reg. praefat. de regul. iur. in 6. ob deceptionem tamen, qua sciens impedimentum contraxit cum filia ignorante fornicationem eius cum sua matre, & consequenter impedimentum, quod erat inter ipsos, damnum deflorationis eius resarcire tenetur.

DECISIO XXX.

Ex conf. 26. alias 6.

30 **C**um matrimonium sine vtriusque partis consensu consistere nequeat, c. si inter. de sponsal. & actus agendum ultra intentionem eorum non operantur, cap. si. de praeb. quotiescumque ex sufficientibus coniecturis probari potest, contrahentes, aut vnum contrahentium intentionem contrahendi, aut consentiendi non habuisse, sed decipiendi, & simulandi matrimonium inter eos contractum defectu consentus; & intentionis ambozum, vel alterius partis, fuisse omnino nullum iudicandum est.

DECISIO XXXI.

Ex conf. 27. deesi in Nonis.

31 **Q**uia concessio regulariter, & dispositio generalis generaliter est intelligenda, c. si Romano rum, d. 29. & omnis parochus regulariter omnes vices suas tam generaliter, quam specialiter alteri sacerdoti committere potest; Arg. gl. solem. in c. peruenit d. 95. & a regula non difformit nisi expresse caueatur Glia l. omnis definitio, de regul. iur. in 6. Sacerdos ex generali licentia sibi impartita a parochio, vt omnia quae ad curam pertinent, exercere possit etiam matrimonio iuxta Concilij Tridentini decretum contrahendo inter se potest, maxime cum assensu parochi in matrimonio, non tanquam functio dignior parochi requiratur, (quandoquidem aliae functiones sacramentales, quas tamen alteri committere valet, longe maiores sunt) sed vt non desit probatio matrimoniorum, & ne matrimonia clandestina contrahantur.

DECISIO XXXII.

Ex conf. 28. deesi in Nonis.

32 **Q**uamuis occisio vxoris sine iudicio impedimentum ad contrahendum matrimonium inducat c. interfecto. c. ad monere. 33. q. 2. mulier tamen quae sine licentia nubit alteri, qui ipsa ignorante, vxorem suam occidit, validum tum eo matrimonium contrahit, cum vxoricidium impedimentum sit impediens quidem matrimonium contrahendum, sed non dirimens iam contractum ex Nauari in Man. c. 2. num. 74.

DECISIO XXXIII.

Ex conf. 10. alias 41. de success. ab intestato.

33 **V**xor pauper in bonis mariti diuitis, ante copulam morui dotem habet, sicut vicium manus pauper partem dotis lucrat, quando coniux diues ante copulam carnalem, & post matrimonium per verba de praesenti contractum moritur. Auth. praeter ea. C. vnde vir, & vxor.

DECISIO XXXIV.

Ex conf. 30. alias 9. de clandest. sponsal.

34 **S**icut electus, & confirmatus in episcopum, & nondum consecratus, omnia ad episcopum pertinentia exercere poterit, praeter ea quae sunt ordinis; Arg. c. suffraganeis, & c. transmissum de elect. ita etiam & Parochus, pro uius canonice de ecclesia parochiali, etiam si nondum sacerdos sit, omnia potest praeter ea, quae sunt ordinis; vnde & parochi praesentia, qui nondum sacerdos est, in matrimonio iuxta Concilij Tridentini decretum contrahendo sufficit, quamuis alius vices Parochi supplere non possit, nisi sacerdos sit.

DECISIO XXXV.

Ex conf. 31. alias 2. de cond. apposta.

35 **M**ulier promittens ancillae centum pro dote, cum conditione si ei honeste seruiret etiam si post novem annos seruitijs, & viginti quinque transmissis ancillae permiserit se licite deservari ancilla, ad soluendum tamen ei centum promissa, vel saltem salarium honestum cuiuslibet annum quo seruitur, & consuetum solui ancillis eius qualitaris, cuius ipsa ancilla est, obligatur; cum pariter filiam; & herus ancillam ante viginti quintum annum non collocantes, in mora tradendi eas manibus cequantur. Auth.

Et siera promittendo centum pro dote, ea promissio infra tempus boni viri arbitrio declaranda, cap. de causis, de off. deleg. quale est tempus novem annorum; vnde cum mora sua cuiuslibet esse debet notitia, Reg. Mora. de reg. iu. in 6. potius heræ, quam ancillæ nocere debet; & ideo vel centum pro dote, vel salarium honestum cuiuslibet anni fermitatis ancillæ per solvere tenetur.

DECISIO XXXVI.

Ex cons. 32. alias 2. de rapto.

**M**atrimonium cum puella invito patre rapta, ipsa volente, & consentiente, & sine solennitate contractum post Concilium Trid. sess. 24. ca. 6. de ref. mat. non solum est nullum, quando non adest præfens parochus legitimus, nec alius presbyter de illius, vel ordinarij licentia, aut testes: sed etiam quando puella a raptore in loco tuto non est posita, & libere, & voluntarie in raptum postea consentit; Rapta vero dicitur quæ contra voluntatem patris de domo eius abstrahitur, sine id de voluntate, siue contra puellæ voluntatem fiat, ex S. Tho. 2. 2. q. 159. art. 7.

DECISIO XXXVII.

Ex cons. 33. alias 11.

**C**ontrahens sponsalia de futuro cum septenni, vel Matrimonium per Procuratorem cum puella nubili etati proxima, cap. literas & cap. accessit. de despon. imp. quæ mortua est etiam, priusquam Matrimonium consummatum sit, cum sorore præfate puellæ, propter impedimentum publicæ honestatis, quod est inter contrahentem, & consanguineos primi gradus prædictæ puellæ mortuæ, & sororis eiusdem, contrahere nequit ex Conc. Tri. sess. 24. cap. 3. de ref. matr. & Pio V. in extr. Ad Roman An. 1566. sicut nec soror aliqua præfate puellæ mortuæ, alicui ex consanguineis sponsi contrahentis in primo gradu nubere potest. ca. sponsam. de sponsalib. & Nau. in Man. c. 22. num. 57. A firmitatis vero impedimentum non oritur nisi ex copula carnali.

DECISIO XXXVIII.

Ex cons. 34. alias 9.

**P**uella quæ contraxit sponsalia de futuro cum aliquo, qui postea propter sua crimina bannitus fuit, sine vlla dispensatione, libere, & legitime alij nubere potest: eo quod sponsalia de futuro dissoluntur, quando superuenit aliquid, quod si a principio interuenisset, verisimiliter contracta non fuissent. cap. quemadmodum. de iureiur.

DECISIO XXXIX.

Ex cons. 35. alias 3. de eo qui dux. in Matrim. quam polluit per adult.

**Q**ui viuentem vxore priore longe ab eo degente, & motus timore mortis eius cum alia publicè contrahit mortua priore vxore, cogi potest, & debet iterum cum secunda, habita dispensatione quoad vtrumque forum super impedimento quod ex adulterio nascitur, contrahere, ca. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult. vel eam deceptam dotare. cap. 1. & 2. de adul. quod matrimonium secundum denuò vel sub denunciationibus, vel ad maiorem cautelam etiam coram parochio, & testibus, tacita causa nullitatis contrahere, & instrumento Notarij munire est vtile; in Nau. in Man. c. 16. num. 16. & 36.

DECISIO XL.

Ex cons. 36. alias 10. de his quæ vi, met. caus. fiunt.

**P**uella sub Curatoris potestate constituta, & metu, & reuerentia ipsius curatoris per se, & alios illum incutientis, sponsalia cum aliquo iuvene, & successiue Matrimonium contrahentes, nullum est, si tam ante ipsa sponsalia, vel etiam post contracta sponsalia antequam Matrimonium contraheret, protestetur expresse coram testibus si de dignis, se cum illo nullatenus contrahere velle, adeo vt si contingeret illam dicere aliqua verba, quibus se consentire significaret, dicturam se illa contra mentem & voluntatem suam ob metum, & reuerentiam sui Curatoris, & aliorum suorum amicorum, vel familiarium; quia Matrimonium liberum partium consensum, & non coactum necessario requirit: c.

cum locum. de spons. & cap. sufficiat 27. q. 2. & cap. notificati. 31. q. 5. omnis autem reuerentia, quæ operatur tantum quod illa non interueniente actus non fieret, tollit consensum, & actum rescindit l. 1. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum actio non datur, & gl. oibi. & cap. 1. §. porro. de despon. in 6.

DECISIO XLI.

Ex cons. 37. alias 4. deo, qui dux. in Matrim. quam pol. per adult.

**Q**uiam ante Concilium Tridentinum cum vna contraxit, & postea illa viuentem cum secunda in facie ecclesiæ contrahit, ex qua, viuentem priore, filios habuit, priore vxore legitima mortua, denuò cum secunda, nouo præfatio consensu, & non alias Matrimonium contrahere debet, quia Matrimonium, quod ab initio fuit nullum, ob aliquod impedimentum validari non potest, nisi de nouo contrahatur. Possunt autem de nouo clam absque scandalo contrahere, eo quod omne Matrimonium inualide contractum in facie ecclesiæ, etiam post Concilium Tridentinum denuò clam & secrete contrahi potest, prout vsus sacre Penitentiarie de consensu Papæ obseruat, v. ait Nau. in Man. c. 22. n. 11. 47. & 86.

DECISIO XLII.

Ex cons. 38. alias 5.

**C**atholicus cum hæretica ante Concilium Tridentinum & etiam post illud, in locis, in quibus idem Concilium publicatum non est, vel non sunt lapsi triginta dies a publicatione facta, & multo magis vbi Concilium receptum est, sponsalia de futuro contrahens, consecuta etiam copula carnali, Matrimonium cum eadem contraxisse iudicandum non est, quandoquidem omnis promissio rei turpis, (qualis est catholici de Matrimonio cum hæretica contrahendo) & quæ sine sacrilegij peccato impleri non potest, ipso iure nulla est, in malis promissis. 22. q. 4. vnde & sponsalia præfata nulla omnino censenda sunt, & proinde nullum effectum Matrimonij producere possunt. Arg. c. non præstat. de reg. iur. maxime cum iura, quæ sponsalia de futuro per copulam carnalem subsecutam Matrimonium facere affirmant, ex c. is, qui fidem de sponsal. saltem præsumptum, post Concilium Tridentinum sess. 24. c. 1. de ref. matr. cessant, ita Nau. in Man. cap. 25. nu. 144. & etiam de sponsalib. validis non de illis, quæ ipso iure nulla sunt, intelliguntur. Nec vspiam sponsalia ipso iure nulla effectum Matrimonij per copulam subsecutam producere expressum reperitur.

DECISIO XLIII.

**S**ponsalia catholicorum valida per copulam carnalem subsequentem ante Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 1. de ref. matr. in Matrimonium ea de causa transire censentur, quod sponsus sponsam cognoscens illud animo consummandi Matrimonium fecisse præsumitur, ne in dubio peccasse iudicetur; vnde cum catholicus hæreticæ promittens cum ipsa contrahere, illam vxorio affectu cognoscendo peccatum non curat, sed potius illam tali affectu cognoscendo, & eam illa contrahendo, magis peccat, quam eandem affectu fornicario cognoscendo, eo quod in hoc casu grande sacrilegium committit, vt aiunt Doctores in 4. d. 39. per copulam carnalem subsequentem sponsalia completere velle, aut Matrimonium consummare, iudicari non debet.

DECISIO XLIV.

**Q**uamuis catholici sponsalia ante Concilium Tridentinum, & post illud etiam in locis, vbi illud receptum non est, de futuro cum hæretica contracta, ex sola copula carnali subsecuta, in Matrimonium non transcant, quia in dubio illum non voluisse ea complere præsumitur: si tamen propria eorū confessione, aut alijs sufficientib. signis, puta per cohabitationem mensuram, aut aliud tempus, de hominodi vxorio eorū affectu constet, in Matrimonium transisse censentur: quamuis enim Catholico Matrimonium cum hæretica